

Del. Coll. Real alla Comp.^a de Juras de Salamanca y de su Libreria.

DECISIONES

ROTAE ROMANAE

A R. P. D. MARCELLO CRESCENTIO

R O M A N O

S. P. A. Causarum Auditore, & Episcopo Marficano,
ac postea S. R. E. Cardinali amplissimo,

C O L L E C T A E. *Real*

NOVIS ARGUMENTIS, SYMMARIIS, ADDITIONIBVS,
Judiciis, & aliquot Decisionibus auctae, & fideliter correctae.

Ab ACHARISTO I. V. D. TOSSINIANEN. Canonico
SACROSAN. LATERANEN. ECCLESIAE.

C V M P R I V I L E G I O.

AC SUPERIORVM AVCTORITATE.



R O M A E

Expensis Paulini Arnolphini Lucensis.

M D C I.

Apud Typographos Camerales.

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regum



HIERONYMO ARCHIEPISCOPO MATTHEV CIO.

Paulinus Arnolphinus Bibliopola. S.



Nillum maius est ingenuitatis argumentum, HIERONYME Antistes Clarissime, quàm acceptam gratiam referre. quod, vt omnibus cordi esset, Gratiarum templis loca maximè conspicua Græci deligebant: quasi eo aspectu sui quemque officij sæpe sæpius vellent admonitos. Idipsum in me benignitatis tuæ cogitatio præstat, & stimulos ad grati erga te animi significationem aliquam præbendam subdit. Sed, ne par reddam, amplitudo tua, & magnitudo meritorum, meaq; tenuitas efficiunt. Quod igitur in præsentia possum, hoc tibi, quamuis obligatione mea longè inferius, rependo. Marcelli Cardinalis Crescentij Decisiones,

DECISIONES ROT. ROM.

A. R. P. D. MARCELLO (RESCENTIO ROMANO

S. P. A. Causarum Auditore, & Episcopo Marsicano, ac postea S. R. E. Cardinali amplissimo, collecta. Novis Argumentis, Summariis, Additionibus, Indicibus, & aliquot Decisionibus aucta, & fideliter correcta;

Ab ACHASIO I. V. D. Tossiniani Canonico SACROSAN. LATERAN. ECCLESIAE.

DE CONSTITUTIONIBVS.

EPITOME.

Constitutio Marchiae prohibens appellationem in causa momentaneae possessionis, habet locum etiam in iudiciis delegatis, & quando appellatur ad Papam, si sic fuit servata, & interpretata, quavis talis interpretatio non probetur praescripta.

SUMMARIVM.

- 1 Consuetudo interpretativa non requirit praescriptionem.
- 2 Constitutio tollens appellationem comprehendit etiam appellationem ad Papam interpositam, si ab eo sit confirmata.
- 3 Consuetudo viginti annorum probata per testes suffragatur etiam in sententijs medio tempore latis.

DECISIO I. al. 61. lib. 2.

Constitutio Marchiae * prohibens appellationem in causa momentaneae possessionis, in Civitate Spoletana servata, recepta, & interpretata fuit, ut habeat locum etiam in iudiciis delegatis, etiam quando appellatur ad Papam, & ideo Domini, in

vna Spoletana, decursus aquarum coram me, fuerunt in voto, quod etiam si talis interpretatio, siue declaratio non plenè probaretur praescripta, * sufficeret, iux. l. si de interpretatione. ff. de legib. Bart. in l. asfiduis nu. 6. C. qui pot. in pign. hab. Barbat. inter cons. Alex. cons. vlt. n. 10. cum seq. lib. 4. & Alex. cons. 8. col. pen. vers. nec requiritur. nu. 7. lib. 6. Aret. cons. 11. col. penul. Dec. cons. 156. col. fi. & Anton. de Butr. c. vlt. de consuet. Dec. c. 1. n. 22. vers. & in tali consuetudine, de const. in prima lect. Et ex quo erat talis constitutio Legati confirmata per Papam, benè poterat etià appellationem ad Papam comprehendere, ad cons. Rom. 2. Quia tñ per tempus xx. annorum talis interpretatio, siue consuetudo per testes probabatur, fuit dubitatum, an tantum suffragaretur in sententijs latis post, vel etià intermedijs, cum sententia de qua agebatur, à

A. quia

* Vide de hoc latè noc. Cur. in rub. de consuet. fol. 6. col. 1. & in c. fi. co. tit. fol. 70. col. 2. in paru. Put. d. 283. li. primo.

Est li. 6. c. 2. ipsarum constit. & à suo auctore Aegidio Carillo Car. Episcopo Sabinen. anno 1351. ex Gallia

ab Innocen. VI. in Italia ad sedandos tumultus Legato transmissis, vulgò Aegidiana nuncupatur, & in iudicijs quotidie ventilatur, & super ea plures Rotae decisiones, & Doctorum responsa habentur. Habet locum Romae, & in tota Italia S. R. E. immediate subiecto, et in Civitate Aulnionen. Caput q. d. 226. li. 1. impress. de quo dubitat Côtard de mom. poss. in fine q. 3. Nō tñ pcedit in terris R. E. mediatè subiectis, ut in Parma, & Placentia declaratum inquit Fab. d. 111. & 385. li. 3. decis. Venet. impress. et si cā Romae agatur super bonis in distalocis positis, Fab. d. decis. 181. Extra vero terras Ecclesiae nō servari clarum est. Mohe. d. 5. hoc rit. si tamē duo Barones R. E. subiecti Romae litigat de aliquo castro, Aegid. loc. esse. Rotā declarasse restatur Peregr. quē alleg. Côtard. vbi sup. q. 6. & quāvis actori liceat appellare, nō in eo licet. Achill. d. 8. de app. Contar. vbi sup. q. 4. Spoliato tñ nō licet appellare, sicut nō licet spoliatori, si cōtra eū scētia feratur. Put. d. 16. li. 2. Et habet decretum irritans ita ut nō cēseatur illi derogatum, quāvis expresse possit renunciari. lo. Paul. decis. 288. quae est 1040. li. 3. Venet. impress. Côtard. vbi sup. q. 5. Non tamen habet locum si constet de veri, & manifesta ca. hūmāna aduersarij. lo. Paul. d. decis. 1040. & vide Contar. in repet. l. Vn. C. si de momen. poss. sue. ap. quia latè materiam huius Aegidianae tractat.